3537 in ara aut basi, SMET. Tibure in S. Dominico [antea pro 'Dominico' scripserat 'Clemente' SIED.] SIED. PIGH., in S. Biasio [Biagio] BRVN.

D I A N A I · O P I F E R
N E M O R E N S E I
L · APVLEIVS · L · L · ANTIO

Sieder ms. f. 73 (inde pendet Rambertus Pat. f. 141); Brunelleschi f. 72'; Pighius Luzac. p. 35, cod. musei f. 26. A Pighio Smetius ed. 22, 10; ex hoc Grut. 41, 8 (inde Vulpi Lat. 10 p. 206; Orelli 1456).

Ipsum lapidem Pighio visum esse vix crediderim. — 2 NEMORENSEI Sied. Brun., NEMORENSI Ramb. Pigh. — 3 in duas lineas distribuit Pigh. — APPVLEVS Sied. (APVLEIVS Ramb.) — ANTIO Sied., ANTIO Brun. Pigh.; fuitne ANTIOCVS?

3538 tabula marmorea litteris bonis ZOEGA. Rep. *in uno scavo fatto in Tivoli nel vicolo detto delli Giudei,* deinde inserta muro impluvii aedium Boschi CABR. et DEL RE. In aedibus Boschi MAR. ZOEG. SEBAST. Inde venit pars dimidia intuenti dextra ad Violam VIOLA.

FELI|CITATEI
T · CAVPO|NIVS · T · F
C · AVFESTI|VS · C · F AED

Cabral et del Re p. 127 (inde Henzen 5818); Marini Vat. 9127 f. 259 descriptam ut dicit a Regio, i. e. puto a Fausto del Re; Zoega ms. p. 575, 5; Sebastiani p. 321; St. Viola *giorn. arc.* 118 (1850) p. 245, hic de visu tantum partem intuenti dextram, quam linea separavi. Est huius Corp. vol. I n. 1112.

2. 3 AED inter duos versus positum, ita ut ad utrumque pertineat, dat solus Zoega, priori versui adscribunt Cabr. et del Re, Mar., Seb., posteriori Viola. — 3 L·F Cabr. et del Re. — Ut versum quartum haec: /////NYCOC exhibet Marinius, quae omissa ab reliquis omnibus, si vere extiterunt in lapide neque orta sunt a manu recenti nescio quid in margine tabulae ludente, certe male excepta sunt.

Aufestius nomen alibi fortasse nondum repertum redit in Tiburtina infra n. 3710.

3539 Tibure in claustro S. Stephani.

C · IVLIVS POLYBI DIVI
AVGVSTI LIBERTI · L · ANTHVS
SALTVM FORTVNAE OPIFERAE
RESTITVIT PRO SALVTE
POLYBI · F · LIBERALIS PAT*ris*

Servavit Sieder ms. f. 75. Inde pendent Rambertus Pat. f. 141' et Apianus 187, 5 (ex hoc Smetius ed. 146, 16; ex Smetio Grut. 75, 9; ex hoc rursus Orelli 1753).

Vv. divisionem auctor Siederi videtur retinuisse. — 1 fin. DIVII, 5 PATP traditur. — 5 lege *Polybi f(ili) Liberalis pat[ris]*.

3540 tabula marmorea. Rep. Tibure a. 1640 in ecclesia cathedrali VGHELL. *Si rinvenne in Tivoli nell' anno 1640 un' antica inscrittione, giunta con una statua della Fortuna presso la muraglia laterale del Duomo* MARZI I p. 154. *Nello scavare i fondamenti* (ecclesiae cathedralis), *si sono dishumate alcune inscrittioni,* scilicet haec et n. 3548 MARZI I p. 26. Similia refert HOLSTENIVS qui habuit fortasse ex ipsius Marzii ore et ex Marzii libro repetunt POSTERIORES. *La qual' iscrittione appresso di me si ritrova* MARZI II p. 157. In domo dd. de Martiis LVPI, *nel palazzo del signor Giuseppe Marzi* GALLETT. — Romae in museo Vaticano MARINI. Ibi extat (*Galleria lapidaria* Dii I).

F O R T V N · P R A E T O R I A E
SACRVM ·
L · M V C I V S · N I C E P H O R
MAG · HERCVL · AVG
CN · COPONIVS · EPAGATVS sic
CVRATOR · PRIMI · D · S · P
C V L T O R I B V S · D · D

Descripsit Henzen. Ughelli Ital. sacra I (1644) p. 214 (inde Mur. 83, 3) auctore non laudato; Marzi I p. 27 et p. 154, II p. 64 et p. 157 (ex Marzii libro petitam misit Ficoronius Muratorio in schedula quae extat inter schedas Muratorii Mutinenses; inde repetivit Murat. 1991, 10; ex Marzio etiam Gori ad Donium 1, 136, unde Morcelli de stil. p. 301, et Cabral et del Re p. 12); Holstenius cod. Dresd. F 193 f. 29', qui vidit; Vulpi Lat. 10 p. 152 descriptam a Lesleo, ib. p. 520 auctore non laudato; Lupi Vat. 9143 f. 16, qui vidit; Galletti apud Marinium ms. Vat. 9120; E. Q. Visconti cod. Paris. 9697; Marini ms. Vat. 9124 f. 178 de visu. Orelli n. 1754 ex prioribus.

Fortun(ae) praetoriae sacrum. L. Mucius Nicephor(us) mag(ister) Hercul(aneus) Aug(ustalis), Cn. Coponius Epagatus, curator(es) primi, d(e) s(ua) p(ecunia) cultoribus d(ono) d(ederunt).

3541 parva basis marmorea rep. Tibure a. 1736 *nel sito del collegio vecchio de' PP. d(ella) c(ongregazione) d(el) G(esù)* VVLPI (Cort.). Sine loco inter Tiburtinas REV. — Romae in collegio pp. societatis Iesu MVR., errore.

H E R C V L E I
C · ANTESTIVS · CN · F
CENS
DECVMA FACTA ITERVM
DAT

Revillas sched. Berol. de visu ut videtur; Vulpi diss. Corton. II p. 176 (inde Mur. 60, 1; ex hoc Orelli 1528), Lat. 10 p. 151; Philippus Valenti apud Amaduzzium collect. vet. inscr. vol. II fasc. 2 (sched. bibl. Savignan.). Est huius Corp. vol. I n. 1113.

Ex Valentii exemplo enotatos habui solos vv. 1—3.

3542 *base di marmo pario, di circa un palmo di altezza: reggeva una statua di Ercole, di statura superiore alla naturale, come denotano la forma de' piedi e la porzione della clava e della spoglia leonina, che vi rimangono* CABRAL et DEL RE; item clavae, pedum duorum, pellis leoninae vestigia in superficie basis cerni notavit SARTI. Rep. intra tertium a Tibure milliarium extra portam S. Crucis *sulla strada Carciana,* inde Tibure apud Laurentium Bernini CABR. et DEL RE. In agro Tiburtino nuper detecta MORC. — Romae inter inscriptiones Ostienses Cartonii [cf. supra p. 2 not. 3] descripsit SARTI addens 'nondum mihi liquet an ad Ostienses pertineat'. Locum non indicat FAVST. DEL RE sched.; item s. l. dat. VISC.

H E R C V L I · D O M E S T I C O
T · AELI · RVBRI · SVPERSTITIS

Faustus del Re in schedula quam vidi Tibure apud Aloys. del Re, idem posuit in libro quem edidit una cum Cabral p. 169; ab eodem habuit Morcelli de stilo inscript. ed. 1 (1781) p. 294, ut testatur epistula eius ad illum data Romae d. 13 Iun. 1778 quam vidi Tibure; ex libro Fausti del Re puto Nibby *viaggio* 1 p. 180, auctore non laudato; ex Nibbyo et Morcellio. Orelli 1538. Nescio unde E. Q. Visconti sched. Paris. 9697 f. 63. De visu refert Sarti sched.

1 HERCVL D· —STICO Sarti, HERCVL AL SIICO stilo scripsit del Re, postea calamo atramentoque inscriptionem repetens dedit HERCVLI·DOMESTICO, et sic habet ed., itemque Morc. Nibb. Visc.; sed cum Morc. et Nibb. pendeant a del Re nec certum sit unde habuerit Viscontius, fieri potest ut DOMESTICO vox mera coniectura sit Fausti del Re. — 2 HELI Visc. — SVPERSTIS Faustus del Re cum primum inscriptionem perscripsit, SVPERSTITIS cum eam postea repetivit.